



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P.D. Lvdovici Gomes, Episcopi Sarnensis, sacri Palatii
Auditoris, Commentarii in iudiciales regulas Cancellariae**

Gómez, Luis

Lvgdvni, 1557

Regula de impetrantibus beneficia uiuentium septem quæstiones continet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63697)

D REGVLA DE IMPETRANTIBVS
beneficia viuentium.



ITEM, si quis supplicauerit sibi de beneficio quousque, tanquam per obitum alicuius licet tunc vacante, prouideri, & postea per obitum eius vacante, prouiso, dicto supplicandi per obitum huiusmodi, nouo facienda, nullius sit roboris vel momenti.

P R A E F A T I O.

REGVLA ista magnū æquitatis, & iustitiæ fundamentum, & etiam concursum iuris communis habet, quo in c. i. cum sequen. de concess. præben. Et ideo fauorabilis erit amplianda, iuxta ea, quæ dicit gloss. mag. in cap. statutum. de præbend. lib. 6. Et tradit Fely. qui de regula in c. in nostra. in 37. corr. de rescrip. meminit. & Mader. in tracta. benefi. in 12. q. tertiæ partis. Primus eius autor fuit Benedictus xiii. vt patet in Quinterno regum antiquorum Põtificum, quorum aliqua exemplaria per me sunt. Verum est, quòd illa regula Benedicti copiosa ista est, & plures casus comprehendens. Sic etiam regule Calixti & Sixti ab ista Innocentij differunt, vt etiam Confessor hic aduertit. Nec est mirandum, quòd secundum anxietatem negotiorum, temporum, & personarum, etiam regula mutationem recipiant: vt dicit Fely. in ca. Rodericus. colum. 15. vers. vbi autè didici, &c. de rescrip. q. 1. **F**omnia iustificantur per rationem text. in c. non debet. de consangu. & affini. In cuius quidem interpretatione breuis ero: quia ista regula est de se clara, & patet antiqui, & Moderni super ea, propter dependentiam, quæ habet à iure communi, dubitarunt: & quia eius materia ordinariè per Doctores in locis communibus discutitur tractatur, ideo parum de ea curarunt.

QVAESTIO PRIMA.

IGITVR quæro, vtum ista regula in gratia facta in proprio, procedat?

SOLVTIO. Textus hic innuere videtur quòd non, quo loquitur per verba, Impetrauerit, quæ verba in proprio non conueniunt, vt in capitulo, si motu proprio, & capitulo, si pluribus, de præbend. lib. 6. Et istam opinionem

nem sequi videtur Glossator hic. Pro qua opinione facit regula Benedicti primi huius regulae conditoris, quae expressè dicit, dispositionem istius text. non habere locum in gratia motus proprii. Et ratio esse potest secundum Fely. hic, quia papa ex certa scientia potest dare ius ad vacaturam, etiã certae personae, ut habetur in cap. ne captanda. cum vulg. de concess. praebend. quam facultatem non est verisimile sibi per istam regulam ademisse.

Pro contraria tamẽ parte plura adduci possunt, pro quibus ante omnia praesupponendum est, quod contra impetrandum beneficium viventis omnes leges diuinæ & humanae, & conciliares insurgunt, ut patet in cap. 2. & in cap. ne captanda. cum vulg. de concess. praebend. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. l. si. C. de pact. quia per talem impetrationem occasio captandae mortis, & insidiandi beneficii datur, ut dicit Bald. in l. i. ff. vbi pupil. educ. debe. Unde super eo quod continet peccatum, Papa dispensare non potest. c. & si Christus. in fin. de iureiuran. cap. super eo. de iur. c. sunt quidam. 25. quæst. 2. Sed omnes istae rationes in gratia motu proprio militant. In qua potest dari defectus intentionis, ut latissimè tradunt Moder. in ca. ceterum. in 6. colum. & in c. causam. el secundo. de testib. & in dubio talis praesumitur intentio papae, qualis de iure esse debet. ut in cap. causam. & in c. si quando. de rescrip. talis igitur collatio, maximè obstante regula, non valet, ut etiam notat Ioan. Andr. in cap. 1. §. dicebat. in verbo contulisset. de concess. praebend. lib. 6.

Nec obstat, quod papa motu proprio, & ex certa scientia concessit: quia per hoc non derogatur concilio generali, quod requirit specificam mentionem, propter clausulam derogatoriam quam habet: ut dicit Archi. in c. 1. de constit. lib. 6. & Bald. in l. humanum. C. de legib. & videtur voluisse Hostien. in summa, de rescrip. §. quas vires. & Oldr. consil. 190. facit cap. ex parte, de capell. monac. cum vulg. & licet certa scientia papae multum operetur, ut latè tradunt Moder. in tract. clausularum. in verbo, clausula ex certa scientia. Tamen talis clausula derogationem illius regulae non operatur, quae expressam & specificam derogationem requirit, ut dixi in proœmio regularum. quæst. fin. quia certa scientia, neque motus proprius supplent exprimenda, ut dicit

D Fely. in cap. cum ecclesiastica. de except.

Nec obitat, quod ista regula loquitur per verbum impetrauerit, &c. Quia etiam motus proprii impetrantur maxime secundum stylum hodiernum, vt dicit Cardinalis in consil. 142. in final. & Fely. in cap. si quando. & Deci. in cap. 2. in 2. colum. de rescript. Et secundum istam opinionem reperio olim consuluisse quendam excellentem aduocatum consistorialem (cui nomen fuit Octavianus de Celsa.) in quadam causa Placentina Archipresb yteratus. Et ista opinio videtur æquior. Prima tamen opinio de iure firmior videretur, quando in gratia motu proprio, mentio regulæ facta non fuisset. Cui quidem opinioni verba istius regulæ videntur conuenire, quæ solum de impetra-

Et tione loquuntur.

Nec obitat, quod motus proprius impetretur: quia hoc contingere potest. Sed in dubio motus proprius per impetrationem concedi non præsumitur, vt dicit Deci. consil. 341. numc. 4.

Nec obitat, quod concilium generale, ex quo censetur habere clausulam derogatoriam, expressam mentionem requirat: quia hoc in gratia motu proprio, & ex certa scientia non procedit, quæ plenitudini potestatis æquipollens vt notatur in cap. ad hæc. de rescript. quæ sufficit. Nam papa memoriam iuris habere præsumitur: cap. 1. de constitut. in 6. Et certa scientia, & motus propius derogationem inducunt, vt tradit Decius in l. certum. col. 2. si cert per. Et licet attenda ista ratione, videretur etiam derogatum istius regulæ de stricto iure, tamẽ ex illo stylo receptum est, quod regulis non censetur derogatum, nisi fiat mentio de eis. Et ita per istam rationem ponderando verbum, Impetrabit, tenuerunt domini regulam de annali in motu proprio locum non habere: de quo ibi latius dicitur. Ex prædicto igitur patet vtranque opinionem posse in disputacione congressu sustineri.

QVÆSTIO SECVNDÆ.

QVÆRO, an regula ista procedat in impetratione facta à legato, vel ordinario extra curiam?

SOLVTIO. Quia ista quæstio posset decidi pleniùs ex his quæ dixi in proœmio regularum, in secunda quæstione, & eam particulariùs examinaui in regula in-

infirmis resignantibus, & in regula de annali, & in pluribus A
aliis locis ideo brevius hic procedam.

Concludendo igitur dico, istam regulam locum habere
in impetrationibus legatorum & ordinariorum: quia
negari non potest eandem esse rationem, quo ad ipsos.
Nam si in papa habet locum regula, multò fortius in lega-
to & ordinario procedet: præsertim cum regula ista fauo-
rabilis sit, & extendenda, ut in terminis concludit Decius
in consil. 398. in fin. Reliqua verò videnda sunt latius in di-
ctis locis.

QVAESTIO TERTIA.

QVAERO, an obtinens provideri de beneficio viuentis
ignoranter, ultra hoc quod incidit in regulam, si
postmodum sequuta morte, illud de nouo impe-
traverit à papa, non facta mentione de præterita impetra-
tione vel occupatione, impetratio valeat, ut sit stabilis?

SOLUTIO. Videtur dicendum, quòd impetratio valeat,
& inhabilis non reddatur: quia ex quò erat ignorans, quæ-
libet causa etiam iniusta à dolo excusat, ut in terminis vide-
tur tenere glo. 2. in cap. 1. de concess. præbend. & gloss. in
verbo repellatur. in cap. in primis. 2. quæstio 3. & facit pro
hoc illa communis regula tradita in l. igitur. ff. de libe. cau.
& in l. plagij. la. 1. C. de plagiar.

Tamen istis non obstantibus, contrarium cõcludendũ
videtur. Nam licet impetrans ignorãter excusetur ab aliis
pœnis, quæ imponuntur impetranti beneficium viuentis,
videlicet priuationis communis ecclesiasticæ, ac incurfus C
infamia, & c. quibus pœnis puniuntur scienter impetran-
tes, ut dicunt docto. in cap. 1. Quo ad validitatem tamẽ im-
petrationis & nouæ provisionis non excusatur ignorans.
Nam si nõ facit mentionẽ de tali defectu, ultra hoc, quòd
põssit ista regula repelli, efficitur inhabilis: & ita concludit
Decius in l. fin. in 5. col. C. de pact. Quia allegat Abb. & do-
cto. in cap. 1. de concess. præbend. Ponderando verbum ma-
ximè, adpositum per eum, & Oldr. consil. 304. & dicit De-
cius ita fuisse iudicatum se præsentẽ, in cõcilio Delphinã-
tus Franciæ. Et hoc idem in terminis istius regulæ latius
videtur innuere, qui de impetratione facta viuentis nihil
dispõnit, sed relinquit dispositioni iuris cõmunis, quæ an-

Nullat illas impetrationes tanquam illicitas, vt de beneficiis non vacantibus. Sed tantum ista regula emanauit ad annullandum prouisionem de nouo faciendam post obitum illius, cuius beneficium, dum ille uiuebat, impetrauit, quocumque casu constat text. regulam indistinctè talem nouam impetrationem annullare. Requiritur igitur, quòd per expressionem illius defectus restauretur: nam ubi exprimitur defectus, Papa concedendo videtur dispensare, & vitium purgare. l. idem Vlpianus. ff. de excusat.

Sed circa hoc adhuc aduertendum est, quòd ista difficultas habet duo capita. Primum respectu impetrationis uiuentis, & de ista non loquitur regula, sed illa subicitur ratiocumuni. Secundum caput est de prouisione facta post obitum, per illum qui prius impetrauerat beneficium uiuentis, & istum casum capit ista regula. Sed circa primum caput tota concertatio Decij vertitur, quæ ita simpliciter intellecta, non est vera, ex eo, quia in d. cap. 1. malitia & dolus impetrantis punitur: non ignorantia quæ dolo conuenit. nec Abb. in d. cap. 1. aperte de ignorante, sed dubitatur loquitur. Et ideo declarandum est, hoc procedere in ignorantia supina, quæ dolo æquiparatur, vt dicitur in c. 2. de constit. lib. 6. Nam taliter ignorans est inhabilis, quo ad impetrationem beneficium uiuentis, quòd impetrauit. Et ita expressè declarat seipsum Abb. in cap. post electionem. in quarto notabili de concess. præbend. Alias opinio contraria non procederet, propter regulam text. in d. ca. 2. qui disponit.

Fligari ignorantes aliqua dispositione, nisi fuerint culpabiles. Et pro hoc facit text. in l. si quis mihi. §. plane. de acquirend. hæred. Vbi valet mandatum factum de aduenda hæreditate uiuentis, qui communi opinione reputatur mortuus, vt tradit etiam Socinus in consil. 32. in 7. colum. verum tenet, &c. lib. 1. Hoc enim nõ est propter aliud, nisi propter ignorantiam istam. Est bene verum, quòd in istis spiritibus culpa in dubio timeri debet, etiam si fortè non sit. In tali casu ista ignorantia non excusat. ex quo potest dispensatione superioris, vt est text. notabilis in cap. 1. de electione. ab episco. qui episcopatu renunt. Et secundum hoc posset saluari opinio Decij in d. lege finali.

Nec obstat, quòd qualibet causa excusat à pena. dicitur in l. si quis mihi. §. plane. de acquirend. hæred. cum concordantiis traditis per And. Sicul. in consil. 67.

67.col.penul.in fi.lib.2. Quia ad hoc respondetur, istud dictum non procedere, quando ea quæ quis facit, expressè sunt contra bonos mores, & utroque iure prohibita: quæ quis inuestigare tenetur, prout in casu nostro fieri debuit. Nam tali casu, causa iniuita aliquem non excusat, sed illum in dolo fuisse præsumitur, vt notabiliter Bar. Veron. in consil. 24. col. penul. declarat. Et Curtius senior in consil. 55. in 5. & 6. col. Et ita illa communis theoricæ. d. l. si plagij. limitata. Et per ista hoc anno m. d. xxxix. per aduocatos in vna Osen. canonicatus, & præbend. coram R. D. Ioan. Paulo Ptolomæo dicebatur, quòd licet Antonius Calafans provisionem suam de beneficio viuentis iustificare niteretur, & sub prætextu excusare, quòd habuerat literas de partibus, de grauissima agitudine mortali, ex qua verissimiliter beneficij possessorem iam mortuū fuisse opinatus fuerat. Tamen quia hoc clarius inuestigare tenebatur, & saltè per publicam famam mortis probare ista regula obstare, excusatus non fuerat, nisi melius obitus famam, quæ sufficeret, probaret: iuxta tex. in d. §. planè. Circa secundum caput, videlicet de prouisione post obitum facta impetranti beneficium viuentis, dubitandum nõ est, isti regulæ subiici, quia eius verba clara sunt. Et quod de prouisione dictum est, idem de institutione dicendum erit, vt videlicet huic regulæ subiiciatur, iuxta ea, quæ dicit Abb. in d. ca. post electionem. Et idem in acceptatione: quia de beneficio viuentis nõ valet, vt Guido papa in consil. 107. dicit. Et idem de prouisione executoris vigore gratiæ expectatiuæ, dicendum est, vt concludit Rom. in consil. 335. qui ad hoc pro singulari ponderat text. in c. ne captandæ. in fi. de concess. præben. lib. 6. Et ista procedunt, nisi consuetudo in cõtrarium esset, per ea, quæ dicit Egidius decisio. 587. & sequitur Antonius de Burgos, Hispanus, vir certè eminentis doctrinæ, in cap. detentanda. de concessio. præbend. libr. 6. in quibusdam scholiis suis. De quo tamen valde dubito, quia esset contra bonos mores, per dictum Imol. in c. 2. de concess. præbend.

QVAESTIO QVARTA.

QVAERO, nunquid expectatiuæ de certo beneficio viuentis obstat regula?

SOLVTIO. Dicendum est, quòd non, quia regula tantum concernit prouisionem factam post obitum illi,

R. iij

D qui prius beneficiū viuentis impetrauit, & expectatiua ei est prouisio, sed dispositio ad prouisionem. Hoc adparet, quia per prouisionem acquiritur ius in re, vt in cap. si quis absenti. de præbend. lib. 6. sed per expectatiuam non conceditur neque ius in re, neque ad rem, vt tradit Egid. decis. d. c. lxxvii iucip. auditor. Ratio est, quia est gratia conditionalis, per quam spes tantum conceditur, vt tradit idem Egid. decisio. 358. Et idem est in mandato de prouidendo, quod non tribuit ius in re, quia est titulus ad acquirendum de futuro, vt dicit idem Egid. decis. 564. Secus tamen esse in reservatione, quæ habet vim nouæ prouisionis, propter clausulam, Ex nunc, prout exte prouidemus, &c. Expectatiua igitur non subiicitur isti regulæ, licet subiaceat dispositioni iuris communis, quæ annullat expectatiuam ad certum beneficium tanquam illicitam, propter votum captiua mortis, vt in notabili casu in terminis probat Socinus in cons. 53. in 3. volum. Ex quo inferitur, quod prouisioni factæ per executorem vigore dictæ gratiæ expectatiuæ, quæ tribuit ius de præsentibus, bene obstaret regula, vt dictum est in proxima quæstione, non obstante quod expectatiuæ eorum di soleant motu proprio, vt dicit Ioan. Andr. in cap. si motu proprio. de præben. lib. 6. & Ioan. Cald. in c. mandatum de rescript. quos refert Abb. in cap. 1. in 8. col. de iudiciis dixi in tractatu meo expectatiuarum.

QVAESTIO QVINTA.

QVAERO, vtum ad probandum aliquem impetratum beneficium viuentis ad effectum istius regulæ sufficiat supplicatio, quam fecit?

SOLVTIO. Glossator in regula 28. infra eodem, tenet quod non, quia per supplicationem non iudicatur, sed per literas, vt dicitur in regula 25. Et quia impetrans nequaquam posset se talem gratiam impetrasse. Ita concludit Glossator d. regula 28. quam sequitur Felynus hinc.

Tamen aduertendum est, quod in casu nostro suppetratione de beneficio viuentis facta non agitur, sed per prouisionem eidem impetranti post obitum facta, quæ regulæ subiicitur, & ista est, quæ canonizari vel infringi potest: quo casu ea, quæ in regula 20. dicuntur, non procedunt. Supplicatio igitur primæ impetrationis beneficii viuentis, est illa, quæ solum ad probandum illum esse impetratum

lem producitur, & talis supplicatio de iure fidē facit: quia **A**
 in iudicio non producitur ad effectum, vt canonizetur, vel
 vigore eius, beneficium adiudicetur: & ideo regula 25. in
 ista supplicatione locū non habet, quia illa regula de prin-
 cipali gratia, quæ canonizari debet, nō de adminiculatiua
 loquitur, vt Domini in multis causis per D. Guliel. Cassio-
 dorum relatis, in collect. decis. titu. de resti. spol. decis. 8. &
 in titu. de sentent. & re iudi. decis. 2. iudicauerunt. Ad proba-
 tionem igitur dicta supplicatio valebit. Nec obstat, quod
 impetrans, se impetrasse negare potest, quia in hoc cura
 agenti incumbet. nam partes suæ erūt, verificare hoc, quod
 ille impetrauerit. Quauis Oldr. in consil. 136. in 2. col. di-
 cat, quod supplicatio in dubio impetrata, præsumitur ad
 instantiam illius, cuius fauorem concernit. Et hoc idem te **B**
 net Specul. in titu. de appellatione. §. nunc breuiter. vers.
 quid si adpareat. & Domini mei me presente, in multis cau-
 sis sequuti sunt. Quicquid dixerit Card. in cōsi. 25. in 2. col.
 & Fulg. cōsil. 24. in 2. col. & Egid. decis. 584. & Gemi. cōsil.
 23. & Areti. in c. 1. de iudi. præsertim, quādo actus reperitur
 factus cum impensa considerabili, vt tradit Bar. & ibi Alex.
 in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. vel ex aliquibus coniectu-
 ris oratorem supplicationem impetrasse adparet, vt quia
 illam scripsit, vel signari mādauit: tunc enim onus proban-
 di contrarium, nominato in supplicatione incumbet. Ex
 prædictis igitur Glossatorem malē dixisse constat.

QVAESTIO SEXTA.

QVAERO, nunquid regula ista cardinales impetran-
 tes comprehendat? **C**

SOLVTIO. Omisissis verbosis disputationibus,
 concludendū est quod sic, ex eo quia ista regula iuris com-
 munis cōcursum habet, & sic fauorabilis est, & ideo exten-
 denda, vt dicit gloss. in cap. 3. de præbend. in 6. Maximē,
 quia fauorem animæ cōcernit. Et vbi de anima agitur, ma-
 gis cardinales, quā alij cōprehēdi debent, cum sanctio-
 nes esse debeant, vt notatur in cap. cum quidam. de iure iu.
 Et latē Moderni in cap. ad aures. de rescript. tradunt. & la-
 tissimē Belenzinus in tract. de chari. subh. q. 66. & latē su-
 perius in proœmio regularum, & in regula de infirmis re-
 signantibus, & in regula de idiomate, & in multis aliis lo-
 cis dictum fuit. Ideo iam dicta non repeto.

R 7

QVAERO, quid si eadem die, qua quis moritur, beneficium impetratur, an presumetur eo viuente, an mortuo impetrasse?

SOLVTIO. Vt breuiter hoc dubium restringam, ista cuius videtur decidi ex his, quae dicam in regula de verisimili notitia obitus. in 6. q. & per ea quae scribit Fely. in c. pallo- ralis. in 4. col. de recrip. videlicet quod pro validitate actus, & vt delictum excludatur, ille actus praecedere praesumitur, qui ad validandum actum praecedere debuisset, ex qua eodem modo theoricam hic inferri potest, quod quis in debita post obitum impetrasse praesumitur.

Tamen diligenter aduertendum est, quod Bonifacius vi-
E super hoc quandam extrauagantem ad perpetuam rei me-
moriā edidit, quae in lib. bullarū Rotae, coopto secus
viridi, c. 152. scripta est, quae incipit, Romani pontificis pro-
uidencia, &c. & illa istam quaestionem decidit. Nam ibi Bo-
nifac. voluit, quod omnes impetrationes factae, & in pote-
rum faciendae, etiam motu proprio, de data eiusdem die
obitus, nullius momenti sint, omnes effectus inde sequen-
tos annullans. Hoc tamen ibi Bonifa. limitat in beneficiis
extra curiam vacantibus locum habere. Secus verò in be-
nificiis, quae in Romana curia, vel locis ultra duas lega-
diatas à dicta curia, non obstantibus, vacauerint. In quibus
impetrationes valere voluit, vt ibi latiùs prosequitur. Illa
que ex textu praedictae extrauagantis casus noster (quod
E est perpetuò notandum) deciditur, & limitatur.

**REGVLA DE NON IVDICAN-
DO IYXTA FORMAM SVPLI-
cationis, sed literarum expe-
ditarum.**



ITEM, Cum ante confeccionem literarum gratia
stolica sit informis: voluit, statuit, & ordinauit
dominus noster, quod iudices in Rom. curia, & extra
eam pro tempore etiam si sint Sanctae Rom. Ecclesiae
cardinales, causarum Palatii Apostolici audientes
vel quicumq. alij non iuxta supplicationum signatarum, super
abusibus impetrationibus vel concessionibus, nisi in dicta curia
xat sint, commissiones iustitiam continentis per placet vel per
Rom.